



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Quo ordine restituendum. n. 470.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**



*Res. 2<sup>a</sup> secunda* : Probabilius est, debitorem ex delicto, etsi per Parochum aut Confessarium miserit debitum Creditori, si quomodocunque pereat [similitamen casu non peritura apud dominum] non deobligari ab ulteriori restitutione. Est Patricio nostro verissima: pro qua refert Navar, utrumque, Tolet, Molin, Laym: &c. Ratio fundamentalis est: quia debitor ex delicto hoc ipso, quia injustè accepit ac detinuit rem alterius, est verà, & voluntaria causa damni alterius [sive deinde res sua, sive alterius culpa pereat] ita ut Dominus semper dicere possit, nisi delictum tuum præcessisset, res mea non periisset: ergo quocunque modo pereat, debitori ex delicto perit, consequenter hic nunquam liberatur à restitutione, licet eam tradiderit Confessario, & fecerit quantum in se est, & quantum potuit: hoc enim ipsum tantum juvat, ut evitet novum peccatum non retinendi rem alienam, non item; ut cum liberet ab obligatione orta ex primo delicto restitueri denuo: quia ex primo delicto semper obligatur ad servandum dominum indemnem cum effectu.

469

CONFERENCE, XXXVIII.

De Ordine inter Damnificant

SI plures concurrant ad idem damnandum, utpote Mandans, Consulens, Con-

470

V sene



sentiens, Exequens, &c. Quis eorum tenetur ante alios facere restitutionem.

R. *Prime*: Quando inter Personas damnificantes est aliqua; penes quam extrat res ablata, vel quæ facta est ex ea ditior, illa ante omnes alias obligatur ad restitutionem, saltem, quoad illam partem, in qua facta est locupletior. Ita *Communis*. Ratio est: quia res aliena, vel effectus, quo quis ditior factus est ex ea, nullo justo titulo servari potest: ergo in omni casu restitui debet, consequenter habentem ante omnes alios obligatur ad restitutionem.

R. *Secundo*: Quando inter causas cooperantes est aliqua Mandans, illa tenetur præ cæteris ad restitutionem. Ita cum D. *Thoma q. 62. 47. à 7. Sylv. medin. & alii. Quia l. 37. ff. ad legem equitiam*. Definitur, quod liber homo, si iussu alterius injuriam dederit, actio erit eum eo, qui iussit, si ius habuit imperandi: quod si non habuit, cum eo erit agendum, qui fecit, id est, cum Executore. Et ratio est: quia causa præcipiens saltem moraliter est causa principalis, quæ per personam sibi subditam tanquam instrumentum operatur: Ergo principaliter danno causam dat, atque adeo principaliter obligatur ad ejus reparationem. Unde

R. *Tertio*: Mandantem sequitur proximè Executor: Patet ex *Lege cit. ff. ad legem aquiliam ibi, Cum eo erit actio, qui fecit. Et Ratio est: quia*